

Nicolaus Schütze Johann Niebuer

Decreto & Autoritate Magnifici & Amplissimi Ictorum Senatus in Academia Rostochiensi Disputationem Inauguralem De Fictione Iuris, Praeside ... Nicolao Schütten ... Publice proponit Johannes Neubawr/ Butzoviensis Megalopolitanus. Ad diem 28. Novembr. In Auditorio maiori horis ante & pomeridianis

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731832329>

Druck Freier  Zugang



Gesetzes - Bildung oder
- Verfall

Schiller - Neubearb. Vert. /a
R. U. J. 1639.

10
QVOD DEUS OPT. MAX. BENÈ VERTAT
Decreto & Authoritate Magnifici &
Amplissimi Jctorum Senatus in Acade-
mia Rostochienfi

DISPUTATIONEM IN-
AUGURALEM 2

DE

FICTIONE JURIS.

PRÆSIDE

Viro Amplissimo & Consultissimo

Dn. NICOLAO Schütten / J. U. D.

Codic. Profefs, Publico & p. t. DECANI
vices sustinente,

*Pro consequendis in Utroq, Jure summis honoribus
& Privilegijs Doctoralibus,*

Publicè proponit.


JOHANNES Neubauer / Butzovien-
fis Megapolitanus.

Ad diem 28. Novembr.

In Auditorio majori horis ante & pomeridianis

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1639.



THESIS PRIMA.



Uo sunt fictionum genera in jure: alterum licitum & legibus probatum *l. si ita 39. in pr. ff. de oper. libert. l. 1. C. de postlim. revers.* alterum illicitum, quod leges planè horrent & improbant *l. observare 6. ff. de curat. furioso. l. miles 11. §. mulier. 12. ff. ad L. Jul. de adult.*

II.

Priori sensu, prout hoc loco accipimus, nihil aliud est fingere, quam imagine & similitudine quadam naturæ jurisque veritatem adumbrare vel imitari ad certum aliquem juris effectum, lege ita disponente. *arg. l. filio. 23. in princ. ff. de lib. & posth. l. 2. §. 1. ff. usufr. ear. rer.*

III.

Nam inter alia consultò factum est à sapientibus & juris conditoribus, ut nonnunquam leges sua fictione cogere rebus incidentibus inservire, & pati aliquam obliquitatem in facto, ut voluntas earum, quæ omnibus prodesse cupiunt, conservetur. *Lagus M. J. C. p. 1. c. 11.*

IV.

Est ergo fictio, definiente Alciato *de Præsumpt. in pr. n. 3.* legis adversus veritatem ex justa causa dispositio.

V.

Extat vox fictionis hinc inde in jure *v. g. in l. si in qui 15. ff. de usuc. l. si forte 8. ff. de castr. pecul. l. filius de ff. s. coll. dot. s. si ab hostibus s. Inst. q. m. jus. p. p. sol.* ut mirum adeò sit, repertos esse, qui negant d. ari in jure fictiones, referente Coras. *de Jur. Art. p. 3. c. 2.*

VI.

Dicitur aliàs jus commentitium *l. fidei commissum. 76. ff. de cond. & demonstr. imaginarium arg. d. l. 23. ff. de liber. & posthum. minus propriè. l. 12. ff. qui testam. sac. poss. aut abusive vel à vaροεινός l'item prator. 8. ff. de suis & legitim. rebus fictis conveniens.*

VII.

Indè tamen sequi necesse non est, eum, qui juris fictione utitur, mentiri: aut licere in judicijs & foro versantibus falsis allegationibus, narrationibus, ac titulis uti.

VIII.

Nulla enim fictio est, quoad sermonem mentemq; agentis; sed in ipsiſ legibus aut jure Pratorio: Fingere enim, ut ait Cornelius Fronto, artis est, seu legis; mentiri fraudis.

IX.

Ea communiter in duas species distribuitur: una est inductionis, altera privationis.

X.

Illa contingit, quoties scilicet lege fingitur id, quod non est, ac revera esset *l. qui in utero 7. l. 26. ff. de statu hom.*

XI.

Hæc contra quoties id, quod est vel existit in rerum natura, fingitur non esse. *l. i. §. pen. ff. de bon. poss. contr. tabb. l. Galus. 29. §. & quid. 5. ff. de lib. & posth.*

XII.

His addunt nonnulli tertiam speciem, quam vocant translativam seu extensivam, quæ est fictionis in una re existentis ad aliam facta translatio. *c. unic. de cleric. non resid. in 6. c. ad audientiam. extr. ead.*

XIII.

Solet de hac specie queri: Num liceat per interpretationem extensivam tales fictiones juris ad casus in legibus non comprehensos extendere. Negant communiter Dd. Nos affirmamus.

XIV. Hinc

XIV.

Hinc Scholasticum vel studiosum, si pereat profectus ad studia literarum dicimus fingi vivum ad hoc, ut patri profit ad excusationem ab onere tutelæ exemplo eorum, qui in acie sunt amissi. *arg. l. 14. C. de advoc. divers. jud. junct. l. cum ex oratione 44. ff. de Excus.*

XV.

Idem in statutis, etiam si sunt strictissimi juris, quandoq; obtinere, similis ratio evincit. *arg. l. non possunt 12. cum l. seq. ff. de L. L. junct. l. 2. C. de pact.*

XVI.

Efficiens fictionis vel remota est, vel propinqua.

XVII.

Remotam partim usum & æquitatem, partim necessitatem facimus

XVIII.

Nam nec omnem fictionem fundamentum immediate habere in æquitate, volunt nonnulli; sed interdum in necessitate, & juris ratione ab necessariam quandam consequentiam. *l. 41. §. 1. ff. de evict. l. Granius. 71. ff. de fide juss.*

XIX.

Propinqua causa fictionis Lex est, & qui huic præest, Magistratus.

XX.

Sequitur ergo ab homine privato non posse induci fictionem, ne in potestate privatorum sit figmentis veritatem adumbrare, vel subvertere *l. assumptio. 6. ff. ad Municip.*

XXI.

Res fictioni subjectæ variæ sunt pro varietate causarum & negotiorum civilium Nobis ex tanta multitudine pauca pro ratione trium juris objectorum e. g. adduxisse sufficiat.

XXII.

Aut ergo fingitur persona, quæ extat, quasi non extaret vel viveret; & quæ non extat, ac si revera esset.

XXIII.

Sic jam natus habetur pro nondum nato seu posthumo *l. Titius. 25. §. 1. ff. de lib. & posth.* vivus pro mortuo *l. in omnibus 18. ff. de capt. & postl. rev. §. cum autem. 1. Inst. q. m. p. p. soly.*

XXIV.

Contrà nondum natus pro jam nato habetur, quoties de ipsius commodis agitur. *l. 45. ff. de Minor. §. cum autem 4. Inst. de tu. te l. Mortuus pro vivo. pr. Inst. de Exc. tut. l. fin. ff. de vac. muner.*

XXV.

Interdum quoq; persona per fictionem intelligitur alia, quam quæ est. v. g. filiusfamilias in publicis causis habetur pro patrefamilias. *l. 9. ff. de his qui sui vel al. jur.*

XXVI.

Atq; ex hoc rectè defenditur factum Q. Fabij Maximi Consulis patrem fortè sibi obviam venientem ex equo descendere jubentis, ut est apud Gellium *Noct. Attic. lib. 2. c. 2.*

XXVII.

Idem creditur unam personam sustinere cum patre. *l. fin. C. de imp. & al. subst. §. si quis alij. 4. Inst. de inuti. stipul.*

XXVIII.

Inde est quod jure ordinario inter patrem & filium nullum possit consistere judicium, nulla actio. *l. si nulla. 4. l. si à me 11. ff. de judic. l. 16. ff. de furt.*

XXIX.

Quicquid etiam filius acquirit ex peculio profectitio, ex hac ratione pater sibi acquisivisse intelligitur. *§. igitur 1. Inst. per quas pers. iuj. adq. l. 6. C. de bon. qua lib.*

XXX.

Sic pater arrogator habetur pro vero *§. sed hodie. 2. §. 11. l. 11. Inst. de adopt. filius adoptivus pro naturali & legitimo. §. in plurimu 8. Inst. eod. legitimatus pro legitime nato. §. fin. Inst. de Nupt. Nov. 89. c. 8. & seq.*

XXXI.

Huic consequens est, adoptatum ab alio quoad jura quæ sita effici talè qualis est adoptatus *l. 32. ff. de ritu nupt. l. 11. §. 2. ff. de bon. poss. secund. tabb. l. 1. §. 4. si unde cogn. l. 5. ff. de Senat. eodè tamè à successione feudi remoto. §. adoptivus 2. F. F. c. si de fendo defunct. contr. sit. 26.*

XXXII. Sed

XXXII.

Sed nec legitimatos quocunq; modo in feudis succedere ve-
rius est. *S. Naturales 2. F.F.d.c.26.* quanquam vulgus Interpretum
in legitimatis per subsequens matrimonium contrarium statuat.
Vult. de F.F.c.9.n.91. & seqq. Rittersh.in partit. Feud.lib.1.c.13.n.3.

XXXIII.

Eadem ratione in rebus fictio rei extantis, quasi non extaret,
vel esset extincta; & contra rei non existentis quasi extantis indu-
citur.

XXXIV.

Illud fit in accessione: quando una res ita jungitur alteri, ut ei
rei cedat, cui additamenti vice accedit, *S. si tamen 26. Inst. de R.D.*
l. in rem. 25. S. s. ff. de R. V. l. 19. S. perveniamus. 13. & S. fin. ff. de
auro arg. mund. leg. l. gemma 6. ff. ad exhib.

XXXV.

Hoc accidit v. g. quando res culpa debitoris perempta est *l. si*
servum. 91. S. fin. ff. de V. O. aut mancipium culpa emptoris mor-
tuum *l. 31. S. si mancipium. n. ff. de adl. edict*

XXXVI.

Est & species fictionis, quando res aliam induit faciem. v. g.
quando hereditas dicitur sustinere personam defuncti. *l. hereditas*
34. l. 61. ff. de A.R.D. l. 3. S. 1. ff. de he hered. instit. S. se; vus. 2. Inst. eod.
non obstante *l. novatio. 24. in fin. ff. de Novat.*

XXXVII.

In actionibus similes quoq; fictiones admittuntur, scilicet, ut
quis agendo factum neget, quod est; & contra id quod non est, af-
firmet juris obtinendi causa.

XXXVIII.

Nempe per actionem rescissoriam negatur completa usu-
capio, quæ revera completa est. *S. rursus. 5. Inst. de Act.* sicut per
Paullianam negatur facta traditio. *S. Item si qu. 6. Inst. ead.*

XXXIX.

Nec tamen hic cum De- duplex requirimus remedium,
rescindens scilicet & rescissorium, non attenda *l. ult. S. ult. ff. ad*
Sc. Vellej.

LL. Contrà

XL.

Contra per actionem Publicianam adstruitur usucapio
 cæpta quidem, at nondum implera, perinde ac si impleta esset.
S. Namq. 4. *Inst. de Act. r. t. ff. de Publ. in rem act.*

XLI.

Hanc quoq; competere vero Domino contra Dd- com-
 muniter diversum sentientes statuimus.

XLII.

Nihil autem prohibet, quo minus duæ pluresve fictiones
 in eadem re possint concurrere.

XLIII.

Aliud sentientibus objicitur, quod sæpè una contingat in
 consequentiam alterius. *arg. l. singularia. 15. ff. de R. C. l. cum
 duæ. 14. ff. de capit. & postl. rev.* aut duæ fictiones ex diverso
 fonte æquitatis descendant. *Vaud. lib. 2. q. 4.*

XLIV.

Sanè non efficitur fictionibus, ut sit verè quod fingitur *l.
 in bello. 12. S. facti. 2. ff. de capt. & postl. rev. l. ult. ff. de collat.* sed
 ut iidem sint juris effectus, qui futuri, si verè esset. *l. 7. ff. de stat.
 hom. d. S. Cum autem. 4. Inst. de tutel.*

XLV.

Sed nec considerandum, an fieri possit, quod lex fingit; sal-
 tem an justa subbit causa, *d. l. postliminium 19. ff. de capt. & postl.*

XLVI.

An igitur impossibilia de jure fingi possint in collatione
 videbimus. *V. l. ita vulneratus. 51. S. æstimatio 2. ff. ad L. Aquij.
 junct. c. quod non est ext. de R. J. l. 7. S. bellisimè. 3. ff. quod vi aut
 clam.*

XLVII.

Sed tamen in pœnis irrogandis fictio locum non habet. *arg.
 l. sciendum. 18 ff. ex quib. cans. maj. per c. odia de R. J. in 6.*

XLVIII.

Concludimus ergo, *L. si quis major 41. C. de Transact.* qua
 contrahitur infamia ob temerariam contraventionem trans-
 actionis juratæ, nullatenus comprehendere minorem jurantem
 in contractu, quavis per tale juramentum minor aliàs finga-
 tur major. *auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.*

XLIX. Sic

XLIX.

Sic tamen ratificatio æqui paretur mandato. *l. semper. Co. ff. de R. J. etiam in maleficijs. l. 1. §. sed si: 14. ff. de vi & vi arm. l. 152. §. 2. ff. de R. J. minimè tamen hoc ad pœnam ordinariam extendendum. l. meritò 51. ff. pro soc.*

L.

Forma fictionis consistit in eo, ut quoad fieri potest, imitatrix sit naturæ juxta a c veritatis. *§. Minorem. 4. §. sed & illud. 9. Inst. de adopt. l. 16. ff. eod.*

L I.

Hinc ubi non habet locum veritas, non fictio locum habet.

L II.

Quare licet confessus pro judicato habeatur *l. 1. ff. de confess. tamen in absentia partis pro judicato seu damnato regulariter haberi non debet l. 6. §. si quis absente 3. ff. de confess. cum nec per sententiam judicis quisquam absenti veniat condemnandus. l. absentem 5. ff. de pœnis l. 1. ff. de requirend. reu.*

L III.

Compromissum quoq; nomine alterius factum cum promissione rati intra decendum, quam primum expiravit per lapsum termini *l. non distinguemus 32 §. 3. ff. de recept. repente concidit & facultas ratificandi. l. bonorum 24. l. fin. §. procurator. ff. rem rat. hab.*

L IV.

Ad formam quoq; pertinet, quod fictio non admittat probationem in contrarium; secus ac præsumptio.

L V.

Præsumitur enim stipulatio, ubi non constat eam intercessisse, contra quàm tamen præsumptionem valet probatio in contrarium *§ Item verborum. 12. Inst. de inutil. stipul. ubi autem constat eam omninò non intercessisse, ibi inducitur fictio, contra quam non licet probare l. unic. §. accedit. 13. C. de rei uxor. et. l. 2. ff. de evict. l. prætor 7. cum l. seq. ff. de damn. inf.*

L VI.

Sed nec fictio alia aliam tollit; quod tamen sæpè contingere

B

gere videmus in praesumptionibus, quarum alia trudit aliam.
instar clavi, qui clavum pellit, *l. Divus. 7. ff. de in integr. restit. C.*
ibi Dd.

LVII.

Finis fictionis est, ut rigor juris civilis attemperetur ejusq;
defectus suppleatur. *S. fin. Inst. quibus non est permisac. test.*

LVIII.

Effectus fictionis aut sunt communes, aut ejusq; rei proprii;

LIX.

Communes potissimum hi sunt. Primo: Repraesentare
veritatem.

LX.

Unde illud: Tantum operatur fictio in casu ficto, quan-
tum rei veritas in casu vero. *d. l. unic. C. de rei uxor. act.*

LXI.

Quare constitutum possessorium transferet possessionem,
eamq; veram, tamen si modus fit fictus. *l. quod meo 13. ff. de A. P.*
l. l. S. si vir 4. ff. eod.

LXII.

Juramentum quoq;, quandoquidem adimpletur in casu
ficto *c. ex parte 13. extr. de cleric. non resid.* consequens est, pro-
mittentem solvere cum juramento rectè obijcere compensati-
onis exceptionem velut ficta: solutionis. *l. si. debitor. 4. ff. qui
pot. in pign. hab.*

LXIII.

Minimè tamen fictionis vis tanta est, ut aut veritati prae-
valeat, aut naturæ rerum.

LXIV.

Neq; enim efficitur fictione, ut amplior & pinguior sit
natura ratihabitionis, quam erat sine fictione. *d. l. bonorum 24.*
*in pr. ff. rem ratam hab. l. si pupilli. 6. S. 6. vers. idemq; est ff. de
negot. gest.*

LXV.

Quemadmodum in claris & certis non est opus conjectu-
ris vel praesumptionibus *l. ille aut ille 25. S. 1. ff. de Leg. 3. l. con-
tinuus 137. S. Cum ita 2. in fin. ff. de V. O. ita nec fictionibus arg.*
c. veritate cum c. seq. dist. 8.

LXVI. Quare

LXVI.

Quare non attenda unione, quæ est inter patrem & filium in potestate constitutum d. §. si quis alij. 4. Inst. de inutil stipul. l. ult. C. de impub. & aliis subst. donatio inter patrem & filium alias jure civili invalida l. donationes 25. C. de don. inter vir. & ux. l. 1. §. si pater. 2. ff. pro donat. accedente juramento jure canonico validatur arg. c. cum contingat extr. de jurei. c. licet mulieres, de jurcj. in 6. Gail. 2. obs. 38. n. 7. & seqq.

LXVII.

Secundus effectus est: retrotrahere tempus vel actum præsentem ad tempus præteritum.

LXVIII.

Est autem Retrotractio imaginaria actus uno tempore gesti ad aliud tempus à jure facta red. l. quædam. 15. ff. de reb. dub. c. cum quis. de sentent. excomm. in 6.

LXIX.

Hanc triplicem Dol. faciunt: Testamentariam. l. Neratius 7. ff. de manum. testam. l. is. cui. 11. §. 1. ff. quemadm. servit. am. Conventionalem l. 1. C. quando liceat ab empt. reced. l. sub conditione 16 ff. de solut. & Legalem. l. lege Cornelia. 12. ff. qui test. fac. poss. l. retro l. in omnibus. 18 ff. de capt. & postl.

LXX.

Illud perperam hic notant iidem Dd. quod in qualibet retrotractione requiratur habitas duorum extremorum, nempe temporis à quo incipit, & ad quod refertur fictio moti arg. l. quoties 14. ff. de Novat. l. 8. in pr. vers. quod si pendente ff. de peric. & comm. rei vend. Reclamat. l. 78 ff. de V. O. l. fin. C. de jur. delib. l. 3. ff. de manum. vind. l. sed & s. 25. §. 1. ff. de usufr. & plures alia.

LXXI.

Nos, rejecta Dd. opinione de habitate extremorum, omnem fictionis seu retrotractionis causam ab æquitate cum necessitate interdum conjuncta sine respectu ejusmodi habitatis vel convenientiæ terminorum pendere statuimus cum Ratio de jur. Art. p. 3. c. 4.

LXXII.

Ex quo fundamento contra eosdem dicimus, subsequens

B 2

matro-

matrimonium avi cum concubina contractum prodesse nepo-
tibus ex filio ante istud matrimonium premortuis ad hoc, ut
avo intestato mortuo sint sui heredes, per c. tanta extr. qui filij
sunt legitim. l. si filium. s. ff. de gradibus.

LXXIII.

Tertius effectus est, inducere temporis continuationem
tam ratione dominij, quam possessionis, aut cujusq; alterius ju-
ris. l. in suis u. ff. de l. lib. & posth. l. omnia 193. ff. de R. J. l. 30. ff.
ex quib. caus. maj.

LXXIV.

Pertinet huc clausula illa vulgaris: *ex nunc, prout ex tunc*: quo-
rum verborum effectus hic est, ut posterius in priore, & prius
in posteriore virtualiter includi censeatur. arg. l. qui balneum. 9.
ff. qui pot. in pign. hab. & ibi Doct.

LXXV.

Quæritur hic: Utrum natus extra civitatem, unde parentes
tempore belli seu pestis aufugerant, censeatur natus in civitate,
etiam in argumento statutorum de non cooptandis, nisi his, qui
sunt originarij, vel nati in civitate. A.

LXXVI.

Idem juris est, si quis casu fortuito in itinere, vel in transi-
tu nascatur: fingitur enim natus in civitate, ubi pater est civis.
Dd. in l. hujusmodi 84. §. Legatum 16. ff. de Leg. 1.

LXXVII.

Idem obtinere censemur in nato extra territorium ex cive
originario alibi Magistratum ad tempus gerente: fingitur senim
natus in dominio vel territorio, ita ut habeatur subditus, & sic
capax successionis, per ea quæ tradit Alciat. lib. 2 Resp. Conf. 3. n.
16. & se. q

LXXVIII.

Illud singulare est in postliminio, quod per id non intel-
gatur restitui possessio, ideò, quod hæc plurimum facti habeat.
l. 1. §. adipiscimur. 2. ff. de A. P. Causa autem facti postliminio
non continetur l. deniq; 19. ff. ex quib. caus. maj.

LXXIX.

Ad effectus quoq; communes pertinet, quod una fictio
nunquam pariat aliam, nec detur fictio fictionis.

LXXX. Quo

LXXX.

Quo circa reversus in civitatem non fictum dominium, fictum usumfructum, fictas actiones, vel ficta jura; sed verissimè hæc omnia recipiet.

LXXXI.

In singulis quoq; causis effectus fictionis conspicitur, & maxime in traditionibus.

LXXXII.

Nam, ut vitetur circuitus, civiliter & per fictionem quandam pro datis habentur ea, quæ dicuntur per brevem manum tradita. *Interpp. ad S. interdum 44. & seq. Inst. de R. D.*

LXXXIII.

Fit istud varijs modis. v. g. acceptilatione *l. si mulier. 10. de ff. condict. causa data. clavium seu instrumentorum traditione l. clavibus. 74. ff. de contrah. empr. l. 1. C. de donat. rei saltem ostensione l. 18. S. 2. ff. de A. P. deniq; in fundum vel aliam rem immobilem inductione l. 3. ff. de usufr.*

LXXXIV.

Cæterum quod attinet clavium traditionem, ea tum demum operabitur rei translationem, si præcesserit titulus habilis; alioquin nudam saltem custodiam operabitur. *l. 77. pater. 21. ff. de leg. 2.*

LXXXV.

Pertinet huc vini degustatio *l. 1. in pr. l. 4. ff. de peric. & comm. rei vend. trahium obsignatio. l. 14. S. 1. ff. eod. custodis appositio. l. quarundam 51. ff. de A. P.*

LXXXVI.

Fit quoq; interdum traditio signo aliquo vel symbolo porrecto; veluti culmo, vel gleba, vel cespite, vel festuca in manum tradira, quod apud Brugeses hodie adhuc frequentari testatur Curtius. 3. *Conj. ad fr. c. 13.*

LXXXVII.

Idem contingit in concessione feudi: qua feudum absq; corporali possessionis traditione vasallo solenniter ceditur tradito ipsi loco rei signo aliquo, veluti annulo, ense, vel hasta, aut alia re porrecta, *c. quid sit investitura 2. FF. 2. in pr.*

B 3

LXXXVIII. Ho-

LXXXVIII.

Hodie Principibus secularibus per vexillum, unde *Fahnlehni*; Ecclesiasticis verò personis per scerptum conceduntur; vulgo dicuntur *Scepretlehni*. De quibus *Rittersh. partit, Feud. lib. 1. c. 8.*

LXXXIX.

Ut maximè autem quis ita de feudo sit investitus; nisi tamen in re præsentia facta sit traditio seu porrectio talium symbolorum, neq; dominium, neq; possessio translata censetur. *§. si facta 2. F. F. 26. si de fundo defunct. cont. sit. arg. d. l. clavibus. 74. ff. de contr. capt.*

XC.

Porro in hereditatibus hoc præstat fictio, ut onus legitimæ adjectum pro nullo, vel conditio impossibilis pro non scripta habeatur. *l. 1. ff. de Cond. instit. l. quoniam 32. C. de inoff. test.*

CXI.

Quare filius acceptando vel agnoscendo relictum sibi in testamento patris, in quo legitima est gravata, vel oneri subiecta non intelligitur huic fictioni renunciassè. *l. si quando 35. §. & generaliter. 2. C. de inoff. testam.*

XCII.

Ex fictione quoq; est, ut qui qui intentavit possessoriam hereditatis petitionem, intelligatur eo ipso bonorum possessionem agnoscere. *l. fin. C. qui admitt. ad bonor. poss. arg. l. si quis intentione 66. ff. de judic. l. quoties. 12. ff. de rebus dub.*

XCIII.

Jus quoq; representationis, per quam unus vel plures succedunt in locum alterius representando ipsius personam, ex legis fictione est. *§. Cum filius. 6. Inst. de hered. que ab intestato def.*

XCIV.

Ea in descendentibus procedit in infinitum tam in alio dijs, quam in feudalibus. *arg. l. cum ratio 7. ff. de bon. damn. Rosenb. de Feud. c. 7. concl. 16. n. 12.* in collateralibus ultra fratrum filios non extenditur. *c. si igitur. vers. Hujusmodi Nov. 118. anth. post fratres. C. de legit. hered.*

XCV. In

XCV.

In ascendentibus minimè locum habet representatio, idq; ob diversam succedendi rationem, quæ est inter parentes & liberos. *l. scripto, 7. §. non sic. ff. unde liberi. auth. defuncto C. ad So. Terull.*

XCVI.

Proprius effectus Retrotractionis est, ut tantundem præstet, quantum præsentia partium.

XCVII.

Sic ratificatio vi fictionis retrotractivæ fingit rattficantem præsentem fuisse actui ratificato congruis loco & tempore. *l. cum decem 71. §. 1. ff. de solut. l. servo 65. ff. ad Sc. Trebell.*

XCVIII.

Retractio tribuit quoq; actionem realem, quam alias quis non esset habiturus. *l. ult. §. sui autem 3. C. Comm. de legat.*

XCIX.

Deniq; retractio fingendo conditionale ab initio purum fuisse munit viam transmissioni, cui alioquin locus non erat. *l. cogi. 15. §. 9. l. postulante. 44. ff. ad Sc. Trebell.*

C.

Affinia fictionis sunt præsumptio, simulatum, in fraudem, vel dicis causa factum, imaginarium, falsum, fictitium.

CI.

Horum quædam propius ad fictionem accedunt qualis est præsumptio, præsertim juris & de jure, quæ penè in fictionem cadit. *l. antiquæ 23. C. ad Sc. Vellei. l. fin. in pr. C. arbitr. tutel. gl. in fin. ff. quod met. cons.*

CII.

Eodem modo imaginaria fere cum fictione coincidunt, qualis est imaginaria venditio. *§. præterea. 6. Inst. q. m. jus p p. solv. imaginaria servitus. l. 3. ff. de cap. min.*

CIII.

Cætera magis à natura fictionis recedunt, ut est simulatum, *tor. tit. C. plus val quod agitur, quam quod simulatè concip. in fraudem. l. sed Julianus 7. ff. de Sc. Maced. vel ostentationis.*
aut.

aut dicis causa factum. l. 3. in fin l. 4. ff. commod. fallum. l. 1. &
tot. tit. ff. quod fals. tur. gest. fictitium, scilicet pro falsa simu-
latione acceptum. l. 3. C. de repud. l. Sulpitius. 49. ff. de don. inter
vir. & ux. l. si quis uxori s2. §. servus 15. ff. de furz. l. cum quidam
30. §. s. ff. de adq. vel amitt. hered.

CIV.

Ex hoc palam est, ea quæ simulationis causa, vel in frau-
dem fiunt, nullius esse momenti, aut retractari posse; ficta, præ-
sumpta, & imaginaria ad effectum juris valere: quanquam hæc
aliquando inter se invicem confundantur l. qui per col-
lusionem 49. ff. de act. empt. l. contractus 54. ff. de O & A.
d. l. unic. §. accedit. 13. C. rei uxor. act.

S. D. G.



16

In ascenditibus minimè
ob diversam succedendi rationem
beros. *l. scripto, 7. §. non sic. ff. de
Sc. Terrull.*

Proprius effectus Retrotrahitur
ffet, quantum presentia partium

Sic ratificatio vi fictionem
presentem fuisse actui rati
l. cum decem 71. §. 1. ff. de solut.

Retractio tribuit quoque
non esset habiturus. *l. ult. §. su*

Denique retractio fingentem
fuisse munit viam transmissior
l. cogi. 15. §. 9. l. postulante. 44.

Affinia fictionis sunt praesumptio
vel dicis causa factum, imaginaria

Horum quaedam proprietas
est praesumptio, praesertim iuramentum
cadit. *l. antiqua 23. C. ad l. 3
vel. gl. in fin. ff. quod met. cans.*

Eodem modo imaginaria
qualis est imaginaria venditio
solv. imaginaria servitus. l. 3

Cætera magis à naturam
ium, *tor. xiv. C. plus val quod
in fraudem. l. sed Julianus 7.*

representatio, idque
inter parentes & li
th. defuncto C. ad

tantundem præ-

æ fingit rati
s loco & tempore.
ad Sc. Trebell.

m, quam alias quis
mm. de legat.

le ab initio purum
locus non erat.

atum, in fraudem,
fictitium.

m accedunt qualis
quæ penè in fictio-
in pr. C. arbitr. tu-

fictione coincidunt,
Inst. q. m. jus p p.

dunt, ut est simula-
quod simulare concipi-
ed. vel ostentationis.
aut.

